e-codices

vt immanissima bestia carnem vincant et pecu horrescat
et robore praeditus saepius certamina inermis
ineat hostesq; fortiores profliget. cum fidem
erga dominum suum adeo conservet, vt nullis
tormentorum suppliciis ad fidelitatem solvendam
rumpendamq; impelli possit, sed semper omnis
fluctuantis fortuna comes, tristitiae ludusq;
fodes, gaudii et laetitiae collega constantissimus
ita magistrum et Necratem suam ab omni
morbi impetu terra mariq; defendit ac custodit
testantibus sacris profanisq; codicibus, testatur
enim Aesculapius, confirmat Xantippus Atheniensis
probat Telemachus certum et viginti canibus semper
in coronam procedens, assentitur Pysimachus,
suffragatur Sardus Ambrosius, vt, qui huius
fidissimi animantis candidissimam fidelitatem et
intimam amicitiam agnovit, semper auxiliam
firmissimum, munimentum fortissimum et asylum
tutissimum ad manum in omnibus vitae et suae
libertatis periculis habere non possit videatur.
Dixi.

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20239v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20239v)